

# IOANNES DANDVLVS

## D U X XLVIII.

*Electus Mense Aprili; Anno 1280. Obiit Mense  
Novembr, Anno 1289. Principatus IX.*

### EPIGRAPHES ANTIQVA

*Insula Piranum Subduntur: cndo Ducatum.*

XLVIII



**A**bent sua Sydera vitia; nō tām hominum ista, quām  
 temporū: Homines proptereā purgantur & tem-  
 porā. Vrbs adeò forduerat Veneta, ut dilui haud pos-  
 fet absque diluvio: ita inundavit Mare, ut penē ena-  
 tare visa sit civitas. Ingens ad hæc Motus terræ al-  
 luvionem sequitur, ejusque tremore excussæ corruere moles.  
 Hoc Clasfico Cœlum, Christi fideles excitabat in Syriam, ubi  
 superba Babylon Æthiopes armabat in Deum. Dandulus ex  
 Chersonæ Comitatū ad thronum vocatus, quo Idumeæ minùs  
 accurreret, Bello Carnico moratur & Aquileiensi. Ad coercendos  
 Histriæ rebelles progressa Clasis, principe m seditionis habuit  
 Patriar-